Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Super Nono articulo incipiendo dicit quod sepius contra infideles et examinatus testis dicit se articulata ignorare audivisse tantum ex fama quod ipse Leopoldus aliquid bonum princeps procuravit et pacem in terras suas

Super Decimo articulo incipiendo item quod pro fide ejusdem et examinatus teste respondit se ignorare articulata

Super Undecimo articulo incipiendo item quod toto tempore vite sue et examinatus testis respondit articulum fore verum ex auditu quod fuit casta et bone vite

Super Duodecimo articulo incipiendo item quod propter bona opera sua et teste examinatus dicit articulum verum quia hodie de articulatis sit publica voxque et fama

Super Tredecimo et Quartodecimo articulis examinatus testis respondit eosdem veros fore ex auditu

Super Quindecimo Sedecimo Decimoseptimo et Decimooctavo articulis examinatus testis respondit articulos fore veros quia ita prout articulatur audivit annis expiratis auditum publice a fidelibus et sinceris et gravibus personis famosis audivisse

Super Decimonono articulo incipiendo item quod post mortem suam claruit et examinatus testis respondit articulum verum tamen sum reddit quia dum Anno septuagesimoprimo in loco ubi morari trahit ab hostibus et inimicis captus et deprehensus ac ad vinculum pedis ad quandam tarcetham per cathenam ferream adeo strictis ligatus extitisset quod ipsa cathena pedis quo ligatus extitit torquebat et passios ac dolores graves habuerit ipse testis sit in passionibus constitutus videns et intelligens aliud liberamine posse beatum Leopoldum ex intimis pro auxilio et ejus sibi apud deum omnipotentem impetranda ut a cathenis et passionibus tam gravibus liberaretur invocavit ipso itaque teste Leopoldus pius invocante et oribus suis profudente ad statim relaxata fuerit cathena ita quod pedem qui cathena constrictus erat ex eadem quod in antea nullomodo fuit valuit extrahit et liberatus fuit interrogatus iterum interrogatorium predictum et exhibita ac oblata respondit per inventum postea fecisse credens se ex meritis beati Leopoldi et per invocacionem eiusdem a dictis cathenis liberatum fore et esse quia alias possibile non fuisset se pedem ex ipsa cathena extrahi et liberari potuisse

Super Vicesimo Vicesimoprimo et Vicesimosecundo articulis examinatus testis credit eosdem fore veros

Super Vicesimotertio articulo incipiendo item quod quotidie adhuc et examinatus testis respondit se alia miracula non vidisse nisi ea que in eo ostensa sint prout ex fama publica huiusmodi publice famosis audivisse